

XVII.

Tecklenburgsche Lehen- und Burgmanns-
Versicherungen.1) Des Graf Otto von Tecklenburg Lehn-
konstitution.

Otto Dei gratia comes in Tecklenburg omnibus hoc scriptum intuentibus utriusque vitae salutem. Notum sit omnibus praesentem paginam inspecturis quod jus nostrum et ministerialium nostrorum tale est, perpetuo cum heredibus nostris tale esse decrevimus.

1) Primum est, quod ministeriales nostri infeodati cum per nuncium nostrum infeodatum ante ad quatuordecim dies ad nostri castri mentionem vocamus venire tenentur et per quatuor septimanas residentiam in castro nostro facere propriis expensis et per hoc per circulum illius anni libertatem nos serviendi consecuti.

2) Secundum est quod si fortior nobis vel quicumque nobis vellet inferre violentiam si de consilio nostrorum ministerialium ipsi iustitiam facere volumus quamdiu juris ordinem hoc modo persequimur praefati nostri infeodati corpore et rebus nobis servire tenentur. Si vero juris ordine praetermissio potestatem agere vellemus praeter nostrorum consilium a servitio hoc modo nostro sunt immunes

3) et licet praedicto modo in castris nostris servire teneantur, si tamen extra castra cum ipsis facta nostra disposuimus in expensis nostris eosdem exhibere tenemur. Illi vero qui loco ministerialium nostrorum infeodati

feodati eodem jure censentur excepto jure hereditatis quod Heerwedde dicitur.

4) Ministeriales vero nostri a nobis infeodati si in necessitatibus se nobis exhibuerunt in servitio nostro in nobis necessariis procurare tenemur et per hoc quod sic nobis exhibuerunt fidem suam salvaverunt.

5) Si vero ex detractione (delatione) alicujus ministerialis noster fuerit diffamatus apud nos ipso ad nos vocato et ministerialibus nostris indicato ipsum audire tenemur et secundum eorum Sententiam causam ejus iuste terminare. Si vero contrarium facere vellemusdapifer noster per annum et diem ipsum in coquina cum familia nostra procurabit cum ministerialibus suis cum ipso et pro jure et gratia apud nos intercedentibus. Si vero his contemptis contrarium vellemus in Palatio episcopati Osnabrugae per annum et diem est procurandus. Osnabrugensi episcopo cum sua ecclesia cum ipso et pro ipso jus et gratiam medio tempore a nobis postulante. Si vero nec hoc vellemus juri et libertati ministerialium nostrorum contradicimus hac observata disciplina quod in praedictis duobus terminis talis de quo agitur faciem nostram evitabit, tali reverentia gratiam nostram captando.

6) Si vero ministerialis noster ausu temerario succensus absque lumine et camerario dormitorium uxoris nostrae dicatur introisse et super hoc fuerit infamatus et jure quo convenit fuerit convictus bona quae a nobis tenuit libere ad nos redibunt et gratia nostra carebit. Item si aerarium nostrum absque camerario nostro introivit, et ibi deprehensus fuerit, si super hoc convictus fuerit, bona quae a nobis tenuit libere ad nos redibunt et gratia nostra carebit. Item si mortem nostram machinatus fuerit vel in honoris nostri depressionem conspiraverit, et jure super hoc convictus fuerit, bona sua ad nos redibunt, sicut praedictum est, et gratia nostra carebit.

7) Item si aulam imperialem ire disponimus, ministerialibus nostris pluribus vel paucioribus assumtis ipsos in expensis nostris exhibere tenemur et in omnibus necessariis iisdem providere. Profecti vero in pedem alpium, si transalpare volumus ipsis liberum est redire ad sua nisi de bona voluntate sua sequi nos voluerit trans Alpes, revertentes exhibere tenemur usque ad sua.

8) Si vero ministerialibus nostris aliquis violentiam vult inferre et ipsi quod juri pareant coram nobis fuerint protestati ipsos in castrum nostrum recipere tenemur et quamdiu juri paruerunt corpore et rebus juvare tenemur.

9) In bonis vero hereditariis in quibus nascuntur nostri ministeriales quamdiu in cognatione sive genealogia vir vel mulier invenitur cui talium bonorum jus vel actio competere possit, haec bona ad nos tanquam vacantia redire non possunt. Eodem jure censentur qui jure ministerialium a nobis tenent, excluso ejus jure hereditati, quod Heerwede dicitur.

10) Si vero filius ministerialis nostri vel heres legitimus si filius non est, patre praemortuo intra annum et diem jus quod Heerwede dicitur, in castro nostro, nobis vel Camerario nostro, si praesentes non sumus, praesentaverit, jus bonorum suorum per hoc salvavit, si vero praesentatum nec per nos nec per Camerarium nostrum recipere vellemus, sub testimonio Castellano- rum hoc relinquet, et sic iterum jus bonorum suorum salvavit per equum meliorem praemortui vel cum dimidia marca si equus non est, Herwedium exsolvit dummodo loco et tempore hoc exhibeat, sicut praedictum est. Si vero intra annum et diem ex contumacia vel alia causa exhibere hoc noluerit bonorum suorum jus perdit. Qui vero propter legitimam necessitatem exhibere non potuerit, vel quia est peregrinus vel ex legitimis causis detentus si necessitatem evadit, qua hora de praemortuo

mortuo sibi innotuerit ab eadem praedictum anni et diei competit ad Herwadium exhibendum, eo modo quo praedictum est.

11) Si ministerialis noster moritur sine legitimo herede et unus ex cognatione de qua plures agere possunt, pro hereditate alios in dolo praevenit, equum praemortui pro Herwadio exhibendo, si quilibet aliorum quibus haec actio competit, dimidiam marcam exhibuerit nobis debito loco et tempore sicut praedictum est, eodem modo illos audiemus sicut illum qui primo nobis exhibuit equum. Item exhibitio Herwadii per tutores eorum qui sunt minores eodem modo loco et tempore completur, sicut per heredes ipsos, qui sunt legitimae aetatis.

12) Item ministerialis noster proprietatem hereditatem non potest plus alienare quam nobis infeodata.

13) Item si duo ex nostris matrimonium contrahunt, habentes duas hereditates si sine herede moriuntur, hereditates revertuntur ad stipitem a quo processerunt.

14) Item si duo ex nostris contrahunt, transacta nocte qua condormierunt, mane ususfructus bonorum viri est dominae ac si ipsum a nobis in feodo recepisset.

15) Item si aliquis ex nostris ditioribus suum comministerialem vellet apprimere vel injuriose tractare et appressus suas injurias suis comministerialibus notificaret, deinde necessitate compulsus, querelam coram nobis proponeret, et injuriatorem tribus nostris nunciis infeodatis ad iudicium legitime vocaremus, etsi venire contemneret, injuriator tenetur nobis pro emenda in dimidio talento et ministerialibus nostris in dimidio, ac si reus de culpa querelae convictus esset.

16) Item ministeriales nostri vel ipsorum servientes vel homines pertinentes in locis in quibus aguntur no-

fra judicia, obligari non debent; item currus ministerialium nostrorum cibaria deferentes a quolibet telonio nostro sunt immunes.

17) Item si pro jure ministerialium nostrorum iudicio praesidemus et contingat, diversis a diversis proferri sententias, nolumus alicujus praesudicare sententiam, nisi a progenitoribus suis nosse sit natus ministerialis.

18) Item bona nostra infeodata, in quibus cognati jus hereditarium expectant, bonorum illorum proprietatem alienare non debemus nisi voluntate et permissione eorum, qui haec bona expectant. Item recipere non debemus in ministerialem aliquem, ut hereditatem subintret, quae primis heredibus patre praemortuo debetur. Item inter legitimos coheredes junior principalem domum hereditatis possidebit.

19) Item si ministerialis servo vel censuali condormierit puer qui ex his nascitur Camerlingus erit, si vero consequenter cum ministeriali contraxerit legitima libertatis jura retinebit. Ut autem haec juris nostri et ministerialium approbatio rata et inconvulsa maneat, nec ullo unquam tempore de ea nobis dubitare valeat, praesentem paginam, approbationis seriem continentem sigillo nostro duximus roborandam. etc.

L. S.

XVIII.

XVIII.

2) Der Gräfin Anna von Tecklenburg
Bestätigung der Burgmannsrechte und Ge-
wohnheiten vom Jahr 1562.

W Anna von Tecklenburg, Grävinne zu Bentheim, Tecklenburg und Steinforth, Fraue tho Kede und Wevelingene, Witwe, doen konot und bekennen hiemit diesen Breve der Uns und unsern Erven, Nachkommen und als wome apendlic bekennende, dat wie nach Absterben weiland des Wolgeborenen herrn Everwein Graven tho Bentheim Tecklenburg und Steinfort herrn tho Kede und Wevelinghoven unsers freundlichen leiven herrn und Gemals selige Dectnisse de Ehrbaren hier nach gemelde Bohrgman, Landsaten und Gutherren bemeldter unser Graffschaft Tecklenburg us ahre gedahne Huldunge und bitliches Ansuchen oof up vorgebrachten underdhanigen Berichtung mit nachfolgenden Artikulin so sie hiebevoren thom dele gehad und genoten, noch sede und Gewontheit derselben unser Graffschaft gestreyet und privilegiert hebben, sich deren vor sich ahre Erven und Nachomelinge Ervelick und ewiglic von Uns und unsern mede beschrevenen unvorhinder tho genoten und wo nachfolgend, vor erst dar jemandes von unsern Bergman edder Underdhanen sämtlich edder ihren waike besonders von Jemanden averfallen worden, edder oft se mit jemandes tho doende hedden, darwv ehreer ten Eheren edder tho rechte mechtig weren, da wir se binnen de nachste Monath so se dat vor Uns beclagende Eher und Rechtes nichts verhelpen so sollen und wolten wir Eere unter Schloete dar tho apenen de Eene dartho gebengst sendt, Eher und Recht darvon tho benehmen;

R 5

so